



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

55 Ecclesiam & sacra tueri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

Ium statim peractis epulis exigant, & si id neglexerint, non habeant ius exigendi. Vtinam & contra avaritiam feueriffimis legibus & poenitentia coërceret, ijsque certum pro annonæ ratione cœnæ exhibendæ stabulandi que pretium prescriberet.

SIGNVM LV.

ECCLESIAM ET SACRA TUEVI.

*Ecclesiam
tuevi.*

Quamuis Politici Magistratus iuris nihil Ecclesiam habeant, tamen vim, fraudes, & externa hæc mala ab ea merito arcenda, quod in ipsis est, pacata præstant Sacra & quædam. Nam in S. litteris Deus per Vatem prædixit (49.) *Erunt Reges nutritij tui, (Ecclesiam affant) & Regina nutrices tua.* Et c. 60. *AEdificabunt peregrinorum muros tuos, & Reges eorum morabunt tibi.* S. Augustinus ait: *Pertinet hoc Reges seculi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam.* Leo ad Imp. Leonem: *Debes, Imperator, in mundum aduertere, Regiam potestatem tibi non solum mundi regem, sed maxime ad Ecclesiam præstitam esse collatam.* Caussam expressit S. Ambrosius ad Valentinianum: *Cum enim omnes homines, qui sub ditione Romana sunt, vobis militent, si vos omnipotenti Deo, & sacra fidei militate. Militia autem primum sacramentum est, tuevi salutem, commoda, & dignitatem eius, cui militamus: ergo qua Christiani sunt, velle debent, qui*

Principes, &c. possunt Ecclesiam propugnare.

1. Lipsius, *Dialogismo aduersus Diodorum*, rectè ait: ita proprium Principis esse curare & tueri sacra, vt plerique veterum habuerint duo hæc munera cõiuncta, Sacerdotium, inquam, & Regnum. Quamobrem in omni Rep. primum fuit curatio rerum diuinarum. Nam, vt nauis ædium, aliarumque rerum carinas, aut fundamenta volumus esse & prima, & firmissima: sic debemus in Rep. hanc partem &c. Synesius Orat. de Regno: Pietas primum substernitor fulcrum & crepido, cui firmiter insistat simulachrum hoc Regni. Debet enim quod optimum est, ab optimo coli; & quod imperat, ab imperante.

1. Quoniam secundum iudicem populi, sic & ministri eius; & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea: (Syr. 10. v. 2) decet Principem & in omni virtute populo præire, & in hac maxime, quæ princeps & caput est virtutum, Religionem ipse si non præfert, quomodo alij?

2. Præterea sublimis ille factus est, & elatus à Deo: ideo meritò veneratur & colit magnitudinis suæ authorem, Nisi facit, quid expectat, nisi iterum deiici? Esa. 23. c. ait: *Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam duceret vniuersos inlyctos terra.*

3. Religiosi etiam subditi libenter parent, & miti fractaque ceruice humanum iugum ferunt, qui semel illud diuinum. Sed fideliter etiam parent, quia pietas, & Dei metus, quasi frænum est, & coercitio in animis ab omni rebellione & insolenti motu.

4. Accedit, quòd Deus illi pio clypeus & rector est.

est. Trismegistus apud Lact. lib. 2. Inst. c. 15. *Pro-*
studia pietas: pium enim virum non malus genius
 non fatum ipsum deuincit. Deus enim eum libe-
 rat eripitque ex omni malo.

5. Angetur etiam hac ratione imperium. Non
 quia bono Principi pietatis suae ille finis: (ad
 gnae enim caelestia aspirat:) sed quia Deo vult
 saepe etiam externa haec ut praemia adijcere: si-
 pra, inquam, & dignitates. Valer. lib. 1. c. 1. *De*

Quanto ma-
ior vis est
religionis
verae, (non
vanae.)

Non dubitauerunt sacris imperia (hominum
 imperijs constituti) seruire, ita se rerum huma-
 narum futura regimen existimantia (imperijs
 diuinæ potentiae bene atque constanter fuisse

famulata: (tale futurum sui regimen in huma-

rebus, qualem numinibus culcum exhibuissent.

Meminimus, (ait Ant. Posseuinus, *Bibl. sel. lib.*

sub finem.) cum Varisavia postrema à Magno

Ionix Stephano Rege Comitibus haberentur, tum

ipsum Regem viris Ecclesiasticis ex Senatu

Equestri ordine delectis animum addidisse,

intrepidè proponerent, quænam damna Rep-

Poloniae Reipublicæque illata sunt, posteaque

1. hæresis fuisset permissa. Quod cum fecissent, tum

2. perrexit diuinam rem restituere, Collegiorum

ad erudiendam nobilitatem institutione; & Sch-

3. minariorum, ad excepiendas nationes variata

4. citatione; atque librorum Catholicorum multo-

5. ditione ac diffinitione; & auditione publi-

rum concionum, quas per decennium, ne in

quidem Moscouia, (in tentorijs ac summo gel-

intermisit; & denique Ecclesiasticæ potestatis

defensione, quam ipse sapientissimè ac acerrimè

Senatu saepe suscipiebat: altissimè enim reuer-

entissimo animo quod S. Augustinus scriptum reliquit

Psalm. 84.) *Fac iustitiam, & habebis pacem, ut osculentur se iustitia & pax: si enim non amaueris iustitiam, pacem non habebis.* Et Epist. 166. *Quando Imperatores veritatē tenent, pro ipsa veritate contra errorem iudent, quod quisquis contempserit, ipse sibi iudiciū acquirit. Nam & inter homines pœnas luit, & apud Deū sortem non habebit, qui hoc facere noluit, quod ei per cor Regū veritas iussit.* S. Leo ait epist. ad Pulcheriam Augustam: *Res humana aliter tuta esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & Regia & Sacerdotalis defendat auctoritas.*

6. Ecclesiā defendētes, mirā diuinitus felicitatē consequuntur tēporalē, & à Deo in periculis proteguntur, uti in Triūpho Virtutū, loco de felicitate pugnantium pro Ecclesia, & loco de præmijs defensionis fidei, sat multis Exēplis demonstrauit.

1. Notæ etiam sunt victoriæ in Testamento veteri Abrahæ, Moyfis, Iosue, Gedeonis, Samuelis, Davidis, Ezechie, Iosue, Machabæorum.

2. In nouo Testamento *Constantinus*, qui primus ex Imperatoribus Ecclesiā defendit, eo ferè modo Maxentium vicit, quo Moyse Pharaonem. Et de eo sic ait Augustinus: (*lib. 5. de Ciu. Dei, c. 25.*) *Constantinum Imp. non supplicante demonibus, sed ipsum verū Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus audeat: vniuersum Orbem Romanū vnus Augustus tenuit ac defendit, in administrandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit, in Tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est, grandæuus ætate defunctus est, filios imperantes reliquit. Constantinus hic Magnus quæ ab Episcopis in publicis Conuentibus edicæ*

editæ erant Regulæ sua consignabat & confirmabat autoritate, ne reliquarum gentium Principibus liceret, quæ ab eis decreta essent, abrogare. Cuiusvis enim Iudicis sententiæ Sacerdotum Iudicium anteponendum esse censebat. (*Euseb. in vita Const. lib. 4. c. 27.*) Statuit ut Conciliorum decisiones firmæ & immutabiles existerent. (*ibid. lib. 1. c. 9.*) Cùm Episcopos ad Concilium Ardensense conuocasset, & videret Donatistas adhibendas admodum promptos, ut omnia ab tumultu agerentur, voluit ipse eidem Concilio Episcoporum interesse: non enim eiusmodi Concilium erat, in quo, ut in alijs, quæ ad fidem pertinent, tractarentur; sed merum iudicium erat, quo causâ Cæciliani Episcopi agebatur, ad non excludendus erat Imperator Catechumenus. (*Euseb. in vita Const. lib. 1. c. 37. 38.*)

3. *Carolus V. Imp.* sæpe in magnis periculis seuatus est: inter cætera, cùm in expeditione Germanica reliquas iuxta se naues mergi, sibi quædam periculum instare videret, tamen diuinitus seuatus est: vnde identidem illud vsurpabat: *Optimum hospitium, è malo hospitium mare.* Eundem ferunt, cùm ad Ingolstadtium castra haberet, oppidani hostes quæ fœderati infinita tormentorum bellica in ipsius castra exploderent, tanto magis roglobulis missilibus vbique volitantibus, Cæsaris ipsius tentorium non raro peteretur, quæ aded à ministris moneretur, loco cederet, quæ incolumem seruaret, aridentem dixisset: *Confiderent, neminem Imperatorem tormentis perijsse. G. Zenoc. ar.*

4. Cùm *Alphonso Aragonum Regi* à Cosma Erentino, non mediocriter ei offenso, missi essent

Vide figuram 40.

Yeti Liuij libri, reclamatum est à Medicis Regijs, qui aderant, ne attrēctaret librum ab hoste missum, quem veneno infectum in Regis interitum putabant. Verum Alphonsus, cum aliquanto videretur Medicis assentire, demum Liuium manibus attrēctans, hinc indeque legens & relegens quasdam historias, ad suos conuersus ait: *An ignoratis Regum animas nō priuatorum libidini subiectas esse, sed sub cura Dei securas & latas agere?* AEn. Syl. Quantum deferat Iustinianus Imp. sacris Conciliorum Canonibus, his ad Dacianum Metropol. Vizatij verbis ostendit: Illud pro lege seruandum est, quod Concilij definitum seruatur deuota posteritas. Nos tutores tantum sumus verustatis & vindices. Nec deerit Ecclesiastica vindicta, vel nostra in eos, qui aut ambiciosa superbia, aut subreptitijs postulationibus antiquitatem temerasse docebuntur. Quoniam ad Diuinitatis tendit iniuriam, qui sanctorum Patrum constituta contemnere, aut violare non metuit. Et in Nou. Const. 127. edit. Godefr. apud Oleand. verō Nouel. 123. Si ciuiles leges, quarum potestatem nobis Deus, pro sua in homines benignitate, credidit, firmas ab omnibus custodiri ad obedientijs securitatem studemus, quanto plus studij adhibere debemus circa sacrorum Canonum & diuinarum legum custodiam, quæ super salute animarum nostrarum definitæ sunt? Qui enim sacros Canones custodiunt, Domini Dei adiutorio digni sunt: qui autem eos transgrediuntur, ipsi semetiplos iudicio tradunt obnoxios. Maiori igitur condemnationi subiacent sanctissimi Episcopi, quibus concreditum & commissum est, & Canones inquirere & conseruare, si, quod coram præ-

*Profitetur
se custodem
& vindicē
Conc.*

prætermiffum fuerit, indemnatum, atq; imperpetuum
reliquerint, &c. Sic & Theodorus Studita ar.
pist. ad Patriarchā Constant. Neq; perfectum est
Orthodoxum, sed dimidiatum, qui fidem quidem
rectam habere videatur, diuinis verò Canonibus
non regatur. Et Cassiod. 8. var. Tyrannice feru-
tis indicium est, audire nolle constituta veterum
sanctionum. (Vide Baron. Anno Christi 308.) Tunc
Ecclesiasticæ libertatis & S. Cōstitutionum con-
temptores horrenda sæpè nemesi diris extor-

*Navis Ec-
clesiæ asper-
gi potest,
mergi non
potest.*

sunt percussi. Postquam *Henricus IV.* Orientem
Imp. I. multas Romanæ Ecclesiæ intrulisset in-
urias, atque à *Gregorio VII.* Pont. eam ob re-
nathemate percussus esset, haud ita diu post
proprio filio Imperio priuatus, & quædam
extrema calamitatis linea, ab omnibus delin-
tus, extra Imperij fines exul tristissimo fa-
cessit. Nouel. vol. 3. Gen. 37. *Ludouicus IV.* cum
sede Apostolica semel & iterum anathematizatus
esset, primùm à *Ioanne XXII.* postea à *Clemente VI.*
cùm in venatione esset, subita *pestis* pueri
lysi omnium membrorum correptus, equo de-
dens, miserrimè è vita discessit. *Ibid.*

Valentinianus & Valens fratres, cum *Gratianus*
Valentiniani filio, constituerunt, ne quid minus
Clericis, aut Ecclesiæ possent legare. At *Valen-*
tinianus non ita multo post hoc Edictum
citer admodum hac luce priuatus est, (teste *Am-
miano.*) Cui succedens *Gratianus* in Imperio
vnà cum patruo *Valente*, rursus immunitatibus
Ecclesiasticis, statuerunt, vt sacerdotibus
minum rei ad Illustres Potestates duci poterent.
At eodem die, quo hæc edixerat, *Valens* à *Gratiano*
victus & concrematus fuit, & *Gratianus* à *Clemente*

mente Maximo ad Lugdunum victus & occisus
fuit. lib. 16. C. Theod. 1. de Episc. & Cler.

Immaturas & miserandas mortes aliorum
describunt Genebrardus, Archiep. ad Aquas
Sextias, lib. de sacrarum elect. iure ac potestate,
Bozias de Sign. Eccles. lib. 23. sign. 95. & Baron.
Tom. 10. Ann. Christi 846. num. 13. & seq. Vide et-
iam Theatrum hist. loco de pœnis Eccles. immunit.
violatiam, & earum iura imminuentium. Qui vel
Reip. administrant, vel administrantibus con-
sulant, Chrysostomum Iauellum legant.

SIGNVM LVI.

ECCLESIAE BONA NON INVO-
lare, nec eius iura & immunita-
tem violare.

Ecclesia
immunita-
tem non
violare.

Officium bonorum Magistratus est, nequaquã
bona vel facultates Ecclesiæ inuolare vel v-
surpare. Nã contra hoc peccantes grauius à Deo
puniti semper fuerunt. 1. Nabuchodonosor Assy-
Rex (Dan. 1. & 4.) post expoliatum sacrum Tem-
plum in bestiam transformatus est. 2. Balthasar
(Dan. 5. 30.) quod sacra templi vasa profano v-
su contaminasset, hostium manibus peremptus
est. 3. Antiochus Rex quia tentauerat exspoliare
Templum, (2. Mac. 9.) à vermibus consumptus,
4. Heliodorus (2. Mac. 3.) quod thesauros Templi
dirigere voluit, flagellis diuinitus cæsus est vsq;
ad mortem. 5. Iosephus lib. 14. Antiq. c. 8. com-
memorat M. Crasum ob expilatũ Templũ Hieroso-
lymitanũ cum exercitu suo à Parthis deletũ esse.
6. Et lib. 16. c. 12. Herodẽ Regẽ à Deo punitũ, quod
sepul-